Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



75.

translata est. tharsis aut in presenti loco
penitus non habetur. Et ramoth inquiunt
et chod chod dederunt in nundinis tuis.
quod ita habetur in hebraeo. nisi quod pro
ramoth aquila serica. uel supellia inter
pretatus est. chod chod uero omis inter pres
ta ut in hebreo positum. e. transtulerunt.
igitur iuxta septuaginta filii rhodiorum
negotiatores tyri. de insulis plurimis mul
tiplicauerunt negotiationem eius. iuxta hebraicum
post filios dadan negotiatores eius. Insulę
quoq; diuersarum gentium auxerunt mercimo
nium eius adferentes dentes eburneos et in
dia. et ligna hebenina. quae nigri coloris
pretiosissima sunt. et commutauerunt cum alis
tyri mercib; syrus quoq; fuit negotiator
tyri. pro quo in hebreo positum. e. ARAM.
In cuius loco septuaginta homines inter
pretati sunt. pro ARAM legentes ADAM.
et RES et dalet litterarum sic supra decepti
similitudine. usq; hodie aut permanet in sy
ris ingentis negotiationis ardor. qui per
totum mundum lucri cupiditate discurrunt.